UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

92 Hæc plus corde probat Domino, quàm voce canendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62915

Visual Library

ſilium & auxilium præbeant: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant. Quòd ſi quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

C. XII. ¶ *Expellendi ſunt à communione fidelium, qui ſibi invicem reconciliari noluerint.*

Item Victor Papa *ad Afros, epiſt. 2.*

PErlatum *a* eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrûm nocere fratribus *b* velle, & ut cadant decertare: ſimiliter in ſacramentis diſcrepare: & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos: à quibus diſſenſionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre viciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere citò neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis, & totius eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

DISTINCTIO XCI.

1 ps QVi autem turpi lucro, vel inhoneſto negotio victum ſibi quærere prohibentur, de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur, proprio artificiolo, c vel agricultura (exemplo Apoſtoli, d qui de labore manuum vivebat) ſibi neceſſaria inveniat: ita tamen, ut occaſione ſui operis vigiliis eccleſia non deſit. Quod abſque inæqualitate ſui corporis nulli impunè conceditur.*

C. I. ¶ *Corripiantur clerici, qui officiis matutinis, vel veſpertinis ſe ſubtrahunt.*

Unde Pelagius *e* Papa.

ELeutherius *f* Frater & Coëpiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire, & id quod nobis jubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit, ut quotidianis diebus vigiliæ in ejus celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe, ſed magis unumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſervitio) vacare negotiis. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita objurgatione compeſce, & modis omnibus vigiliis vacare compelle.

C. II. ¶ *De eodem.*

[*Item* ex concilio Nannetenſi.]

PResbyter *g* mane, matutinali officio expleto, penſum ſervitutis ſuæ, canendo primam, tertiam, ſextam, nonamque perſolvat: ita tamen ut poſtea horis competentibus, & ſignis deſignantibus juxta poſſibilitatem aut à ſe, aut à ſcholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat jejunus, ut iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſive diverſorum commeantium, infirmorum quoque, atque defunctorum ſuccurrere poſſit, uſque ad ſtatutam horam pro qualitate temporis & opportunitate. *h Item ex dictis S. Beneds.* i ¶ Propheta dicente. [Septies in die laudem dixi tibi:] qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi matutinæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ, completoriique tempore noſtræ ſervitutis officia perſolvamus: quia de his dixit propheta *k* [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigiliis idem ipſe Propheta ait [Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper judicia juſtitiæ ſuæ.

a *Pann. l. 8. cap. 147. Poly l. 4. tit. 13.* b *al. fratres.* c *al. artificio.* d *Act. 2. & 1. Cor. 4. 1. Theſſ. 2. & 2. Theſſ 3.* e *al. Gelaſius.* f *Anſ. l. 7. c. 165.* g *extra de cele. miſ. ca. 1. ex Agathenſi. Bur. l. 2. c. 104. Ivo p. 6. cap. 181. ex Nannetenſi.* h *al. opportunitatis.* i *In reg. S. Benedicti, cap. 16. Bur. l. 2. cap. 105. Ivo p. 6. cap. 212.* k *Pſal. 118.*

C. III. ¶ *Sine officii detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat.*

Item in concilio quarto Carthaginenſi, *c. 52. & 49.*

CLericus *a* victum & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura, abſque officii ſui duntaxat detrimento, paret. *b Item.* c ¶ Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis *d* deeſt, ſtipendio privatus 1 excommunicetur.

1 ¶ Privatus] *In poſtrema Colonienſi conciliorum editione legitur,* privetur. *Sed in vetuſtioribus Colonienſibus, duabus Pariſienſibus exemplaribus, duobus hujus concilii manuſcriptis Vaticanis, & uno Sorienſi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 51. 53. & 48. & 50.*

CLericus, *e* quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat. *Item. f* ¶ Omnes clerici, qui ad operandum validi ſunt, & artificiola, & literas diſcant. Qui verò non emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio ſuo degradentur. Interemptores 1 autem ab officio declinantes, vel negligentiùs agentes, ab officio ſuo removeantur.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex multis capitibus Carthaginenſis quarti, non ſuo ordine diſpoſitis.*

1 ¶ Interemptores] *In exemplaribus concilii etiam manuſcriptis legitur,* clericum inter tentationes ab officio ſuo declinantem, vel negligentiùs agentem, ab officio ſuo removendum. *Contra enim in canone 42. jubet,* clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum. De tentationibus verò, ob quas (præter tyrannorum perſecutionem) aliqui clerici officium ſuum deſerebant, agit B. Ambroſius, epiſt. 17.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex concilio Aurelianenſi 1. *c. 30.*

CLerici verò, qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundùm arbitrium Epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

DISTINCTIO XCII.

1 ps CVm autem ad eccleſiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.*

C. I. ¶ *Corde, non voce tantùm Deum laudare debemus.*

Unde Hieronymus *lib. 2. comment. ad cap. 5. epiſtola ad Epheſios.*

CAntantes *g* & pſallentes in cordibus veſtris Domino.] Audiant hæc adoleſcentuli: audiant ii, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt: Deo non voce, ſed corde cantandum: nec in tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine liniendæ *h* ſunt, ut in eccleſia Theatrales moduli audiantur, & cantica, ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum.

Ab officio autem cantandi & pſallendi Diaconi inveniuntur exempti; ne dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.

C. II. ¶ *Cantandi officium Diaconi ſibi non uſurpent.*

Unde Gregorius *l. 4. epiſt. 44. ſeu c. 88. & l. 12. poſt finem epiſtolarum in concilio ab ipſo habito.*

IN *i* ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium 1 cantores eligantur, & in diaconatus ordine conſtituti, modulationi vocis inſerviant,

a *Bur. l. 2. c. 303. Ivo p. 7. c. 180.* b *al. apparet.* c *Cap. 49.* d *diſt. 92. c. 8.* e *Bur. l. 2. c. 102. Ivo p. 6. c. 179. & 180.* f *C. 13. C. 48. Bur. l. 2. cap. 210. Ivo p. 6. cap. 285. Bur. l. 2. cap. 51. C. 50.* g *Anſ. l. 7. cap. 70. Eph. 5.* h *al. colliniendas, ut.* i *Anſ. l. 7. cap. 69. Poly. l. 4. tit. 3. Ivo p. 2. cap. 39.*

quos ad prædicationis officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat. Vnde fit plerumque, ut ad ſacrum miniſterium, dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cùm populum vocibus delectat. Qua de re præſenti decreto conſtituo, ut in hac ſede ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque Evangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolennia exolvant: pſalmos verò, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema ſit.

1 ¶ Miniſterium] *In impreſſis ſequebatur,* conſtituti. *quæ vox expuncta eſt, quoniam neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus eſt, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in gloſſa ad verſic.* miniſterium. *quæ etiam gloſſa non eſt inter vetuſtiores.*

2 pars. *A quibus ordinandos oporteat eſſe immunes breviter monſtratum eſt. De quorum verò manibus ordines ſuſcipere debeant, facilè patet. Sacerdos enim & cuncti infra ipſum conſtituti ab Epiſcopis ſuis debent ordinari.*

C. III. ¶ *Qui non ſunt ordinati ab Epiſcopo, in pulpito non pſallant, neque legant.*

Vnde in concilio Martini *Papæ legitur.*

NOn *a* liceat in pulpito pſallere, aut legere, niſi qui ab Epiſcopo lectores ſunt ordinati.

De Epiſcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, ſuprà definitum eſt.

3 pars. ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, à parochiis ſuis non recipiuntur, vel pro aliqua cauſa eas adire noluerint, an in alterius parochia Epiſcopale poſſint officium celebrare. De his in* concilio Martini *Papæ* b *ſit ſtatutum eſt.*

C. IV. ¶ *Sacerdotis tantum officium gerat Epiſcopus, quem ſua parochia non recipit.*

I SI *c* quis ordinatus Epiſcopus, 1 pro contentione 2 populi, aut pro aliqua ratione, non pro ſua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem ſacerdotii tantummodo contingere; ita ut de rebus eccleſiæ, in quam venit, *d* nihil ſibi præſumat; ſuſtineat autem, quod de eo ſanctum concilium judicare voluerit.

1 ¶ Epiſcopus] *In vulgatis ſequebatur,* ad parochiam, cujus eſt electus: *quæ inducta ſunt auctoritate manuſcriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*

2 ¶ Contentione] *In duobus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & uno conciliorum Regis Catholici legitur,* contemptione.

C. V. ¶ *De Epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit.*

Item ex concilio Antiocheno, *c. 18.*

II. SI *e* quis Epiſcopus ordinatus ad parochiam, cujus *f* eſt electus, minimè acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus vetet, 1 *g* aut propter aliam cauſam, non tamen ejus vitio perpetratam, hic & honoris ſit & miniſterii particeps: dummodo rebus eccleſiæ, ubi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat. Quem etiam obſervare 2 convenit, quidquid ſynodus perfecta 3 provinciæ judicando decreverit.

1 ¶ Vetet] διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν. eò quòd populus recuſet.

2 ¶ Obſervare] ἐνδέχεσθαι. *id eſt,* expectare & ſuſcipere.

3 ¶ Perfecta] *Antea legebatur,* perfectæ. *Reſtituta eſt vera lectio ex originali, & Burchardo, & Ivone. Quid autem ſit ſynodus, quæ hìc perfecta, & in paulò poſt ſequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infrà ead. c. ſi quis Epiſcopus tertio.*

a *In capitulis Martini Bracarenſis c. 45.* b *Cap. Martini Bracarenſis, c. 10.* c *Vide Pelag. II. in epi. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 13. Ivo p. 5. c. 151.* d *al. convenit.* e *In epi. Polyc. ibid. Bur. l. 1. c. 141. Ivo p. 5. c. 152.* f *al. cui.* g *al. vetet.*

C. VI. ¶ *A ſua parochia non recepti aliis moleſtiam non inferant.*

Item ex concilio Ancyrano, *c. 18.*

SI *a* qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones adverſus eos excitando, abjici *b* placuit. Quòd ſi voluerint in Presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut Presbyteri reſidere, non abjiciantur à propria dignitate. Si autem ſeditiones commovent ibidem conſtitutis Epiſcopis, Presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione *c* notabiles.

C. VII. ¶ *Communione privetur Epiſcopus qui ſibi commiſſam eccleſiam adire neglexerit.*

Item ex concilio Antiocheno, *cap. 17.*

III SI *d* quis Epiſcopus per manus impoſitionem Epiſcopatum acceperit, & 1 ſibi commiſſum miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieverit ire ad eccleſiam ſibi commiſſam, hunc oportet communione privari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreverit ejuſdem provinciæ ſynodus ſacerdotum.

1 ¶ Et ſibi] *Ita etiam Burchardus, & Ivo. Sed in verſione Dionyſii, quam in cæteris partibus referunt, legitur:* & præfectus populo conſtitutus miniſterium ſubire, &c. quod ad verbum de græco expreſſum eſt.

C. VIII. ¶ *Sine concilio integri ordinis vacantem Epiſcopus vacans eccleſiam non adeat.*

Item ex eodem, *c. 16.*

IV SI *e* quis Epiſcopus vacans in eccleſiam non habentem Epiſcopum, ſurripiens populos, ſine concilio integri ordinis irruerit, etiamſi populus, quem ſeduxit, deſideret illum, alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicimus illud, cui metropolitanus 1 Epiſcopus interfuit.

¶ *Hæc verſio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Ivo ſequuntur, eadem ferè eſt atq; illa Martini Bracarenſis. Dionyſiana verò longè magis accedit ad verba græca.*

1 ¶ Metropolitanus] *Addendum eſt.* Metropolitanus etiam. *Sic enim Græcè,* καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

4 pars. *Quòd autem ſuprà clerici ſe vigiliis* f *ſubtrahentes excommunicari jubentur, de his intelligendum eſt, qui ab Epiſcopo frequenter admoniti, negligentiam ſuam corrigere contemnunt.*

C. IX. ¶ *Excommunicetur clericus, qui ab Epiſcopo commonitus, matutinis, vel veſpertinis horis adeſſe neglexerit.*

Vnde in concilio Martini *Papæ legitur.*

V. SI *g* quis Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus, ſi intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi officium *h*, matutinis vel veſpertinis horis ad eccleſiam non convenerit, deponatur à clero, ſi tamen caſtigatus veniam ab Epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

DISTINCTIO XCIII.

I pars. OBedientiam autem inferiores ordines 1 ſuperioribus debent. *Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei contradicere,*

a *Poly. ibi. Bur. l. 1. c. 36. Ivo p. 5. c. 147.* b ἀφορίζεσθαι, *id eſt, ſegregari.* c ἐκκηρύκτους, *id eſt, abdicatos.* d *Poly. l. 2. tit. 12. Burc. l. 1. c. 37. Ivo p. 5. cap. 146.* e *Apud Martinum Bracar. c. 9. Bur. l. 1. c. 139. Ivo p. 5. c. 150.* f *ſup. diſt. 91. c. clericus victum.* g *In cap. Martini Bracar. c. 64. ex Tolet. 1. c. 5.* h *al. ſacrificium.* i *al. vivet.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN